UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Scientia Salvtis, Sive Considerationes Piæ, Præcipuam Spiritualis Vitæ Materiam complectens

Laberhittel, Samuel

Ingolstadii, 1660

1. De Circumcisione Domini. De fine, medijs, & praxi Christianæ perfectionis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-59837

Visual Library

MEDITATIO I.

De Circumciſione Domini.

De fine, medijs, & praxi Chriſtianæ perfectionis.

Oratio præparatoria de more.

ASpiciam Dominum catenâ legum noſtrarũ vinctum, ejuſq; nomen effuſum; ut enim liquor in omnem figuram diffunditur, ſic JESVS omnibus rodeſt volentibus. Petam eſſe cereus ad ecipiendam in me vitæ JESV effigiem.

Conſiderabo 1. Circumciſionem fuiſſe proeſſionem legis; Dominum autem JESVM deo circumciſum, ut tam *Legali*, ex ſe ad juificandum inefficaci, onerosâ & inutili vitâ ad Galat. 4.) quàm *Carnali* ex Adam coruptâ, ſaluti, & Spiritui Sancto contrariâ, mniſque omnino mali radice excluſâ, aniaremur Spiritu Chriſti, propoſitâ nobis ad nitandum Sanctitate Filij DEI *Qui ſervari ult, hanc ingrediatur viam*, inquit D. Auguin. ſerm. 47. de diverſ. Petam eſſe *ſicut bonus iles Chriſti Ieſu*, . Tim. 2.

Conſid. 2. Media ad hunc finem eſſe Viraites Domini JESV, quarum ſpecimen hodie

dedit. Virtus 1. fuit *Obedientia*; cùm eſſ
etiam quâ homo, quòd de Spiritu Sanc
conceptus, Auctor Legis, Monarcha unive
& Perſona Dei eſſet, circumciſioni non ſub
ceretur; ſponte tamen pœnali præcepto,
náque Legi univerſæ, obſervatu difficilli
ſe ſubdidit. Virtus 2. fuit *Humilitas*, q
Innocentia Chriſti, circumciſionem, ma
feſtum peccatoris indicium, non reſpuit.
tus 3. fuit *Patientia*; in perferendo vul
inflicto, corpus ad id ſcienter aptando;
alij infantes vulneris, cultríque apprehen
ne caruerint. Virtus 4 fuit *Charitas*,
ſanguinem promptè fudit in pignus Red
ptionis, tempore ſuo exolvendæ.

Conſ. 3. Praxim eſſe harum Virtutum
citium. Si radix ſancta & rami. *Humi*
propria virtus Chriſti eſt origo *Charit*
quia *ut Charitas detur, Humilitas mere*
inquit D. Bern. ep. 14. quoniam *humi*
Deus *dat gratiam*, ait D. Jac. c. 4. *Char*
quia liberalis, origo eſt *Paupertatis*; *perf*
Charitas nulla cupiditas; inquit D. Aug. l.
q. 9. *Patientia* eſt origo *Caſtitatis*, juxta il
Beati mites, &c. Vt docet Caſſ. Col. 12.
Obedientia eſt Mater omnium, cuſtóſque virt
ait D. Aug. Lib. 14. de Civit. Dei c. 12.
quòd præcipuum obſtaculum virtutum
omniſque mali radicem, voluntatem pro

auf

auferat: ſive quòd ponat fundamentum omnium noſtrorum meritorum; nihil enim apud Deum habet meritorum, niſi divinę voluntati conforme ſit: Sive denique, quòd Obedientia ſit ſpecialis providentiæ divinæ indiviſa comes. Quare, ſi apud Deum nova tantummodò valet creatura, Jeſúque vita, Ambroſ. l. 2 de Abel & *prima voti gratia celeritas ſolutionis*, vota mea (ſi religioſus ſum) reddam domino: Et ſicut Deus ſe nobis dedit ſæpius in Incarnatione, & in Sanctiſſima Euchariſtia ſine fine, ſic DEO reddam me, nunquam toties, quin ex toto ſemper amplius *Melior eſt ſalvus homo, quàm quilibet homo*. Inquit D. Aug ſerm. 10. de Verb. Apoſt.

MEDITATIO II.

De Octava S. Stephani.

Reſiſtimus ſpiritui Dei ex amore proprio.

ASpiciam perſecutores S. Stephani, reſiſtentes Spiritui Sancto. Petam hoc damnabile malum evitare.

Conſ. 1. Quomodo ad ſupremum malitiæ gradum prolabuntur, quotquot DEO reſiſtunt; quo enim res eſt nobilior, pulchrior, utilior, eò majore pœna & damno violatur, ac perditur. Nihil autem præſtantius, nec utilius ductu Spiritûs Sancti, ſine quo nunquã beati eſſe poſſumus; quia quæ Dei ſunt, nemo